

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8290

Auteur(s) : Guérin Brénard [particulier]

Bénéficiaire(s) : Guillaume Autrei [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1275, janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guérin Brénard accepte de Guillaume Autrei la cession, à charge de différentes redevances, d'un héritage, sis dans la paroisse des Genettes, et consistant en bâtiments, bois, prés, terres arables, etc.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, « Carte quas fecimus extra grangias », n° V, p. 490-491.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego, Garinus Brenart, cepi ad feodalem firmam a Guillelmo Austrei totum hereditagium integre quod habet vel habere posset in parrochia Sancti Martini de Genestoit, in feodo de Lamorinierre, scilicet in domibus, in boscis, in pratis, in terris arabilibus et in aliis rebus, scilicet illud hereditagium quod dictus Guillelmus tenet ab abbate et conventu Beate Marie de Trappa et a domino de la Hericonnire, habendum et tenendum michi et meis heredibus a dicto Guillaume et ejus heredibus libere, pacifice et quiete, reddendo exinde domino de la Hericonnere quatuor denarios et unum obolum, per manum dicti Guillelmi vel ejus heredibus, ad festum beati Johannis Baptiste, et tres septuarios bladi ad duos terminos, scilicet unum sextarium frumenti ad festum beati Remigii et duo sextaria avene, ad mensuram Aquile, ad Purificationem Beate Marie, ad valorem XII denariorum, minus quam melior[is] dicte, et tredecim solidos annui redditus abbati et conventui, et quatuor denarios Beate Marie de Trappa ad Nativitatem Domini, per manum dicti Guillelmi, vel heredibus suis persolvendos, pro omnibus sibi et ejus heredibus pertinentibus, salvo tamen jure dominorum capitalium et salvis releveis et auxiliis feodalibus, quando poterunt evenire in dicto feodo. Et sciendum est quod, si ego, dictus Garinus, vel heredes mei, dictum redditum ad terminos predictos non solverimus, volo et concedo [et] ad hoc me et heredes meos obligo, quod dictus Guillelmus vel heredes ejus in toto hereditagio supradicto, pro dicto redditu et pro emenda, plenariam justitiam poterunt exercere, sine contradictione mei vel heredum meorum. Et, ut hoc sit firmum et stabile, ego dictus Garinus, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° septuagesimo quarto, mense januarii, coram parochianis Sancti Martini de Genestoiz et coram pluribus aliis fide dignis. — Vide similiter cedulam subscriptam.